

vel clericorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, dyocesano suscipiatis episcopo, siquidem gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin catholicum quem malueritis, adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Decernimus etiam, ut nullus unquam vestri monasterii advocatus esse presumat, [nisi quem]^{a)} fratres 5 communi consensu eligendum previderint. Nulli ergo omnino hominum fas sit, idem monasterium temere pertubare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salvo canonico iure dyocesani episcopi. Ad indicium autem, quod idem cenobium beati Petri iuris existat, et perceptę 10 huius a Romana ecclesia libertatis nobis nostrisque successoribus duos solidos vestre monete pro censu annualiter persolvatis. Si quis igitur in futurum archiepiscopus, episcopus, rex aut imperator, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut quilibet ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, 15 potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat, conservantes autem intervenientibus beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis eterne vite premia consequantur. :Amen. Amen. Amen. :

20

(O.) Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus subscripsi. (Ben. val.)

† Ego Lucas presbiter cardinalis tituli sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

† Ego Grysogonus presbiter cardinalis tituli sanctę Praxedis subscripsi.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis et cancellarii III. idus aprilis, indictione II, incarnationis dominicę anno M̄ C̄ XXXVIII, 25 pontificatus vero domni Innocentii pape II. anno X^{mo}.

(BD.)

129.

Erzbischof Adelbert II. von Mainz bestätigt und erneuert die Schenkung seiner Vorgänger, der Erzbischöfe Rudhard und Adelberts II., an das Kloster Katlenburg, bestehend in den Zehnten der Höfe 30 zu Wanemangre, Hildesse und Eimbeck. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Rusteberg, 1139 Mai 23.

Gedr.: Scheid, Origines Guelf. 4,545 (ex orig.). — Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXVI, 14.

— — Testes fuerunt. Henricus prepositus de Iecheburc, Godescalcus prepositus de Heiligenstat, Reinhardus abbas de Reinehusen, Guntherus prepositus de Luipoldesberc, Adelbertus dux Saxonie, Thiedericus comes patrie de Alsatia, Ludewigus comes 35 patrie de Thuringia, marchio Herimannus et frater eius Heinricus de Asleburc, comes Bernhardus de Plozeke, comes Ernestus de Horeburc, comes urbis de Rusteberg Tuto, comes castelli de Plesse Radpertus, Helmwigus advocatus de Heilingenstat, Thietwinus

128. a) Die ladirte Stelle ergänzt nach Cop. Reinh. RR I. 18 fol. 195^b.